



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Isagoge Ad Amorem Divinvm

**Pennequin, Pierre**

**Antverpiae, 1661**

§. 1. Quantum conferat ad virtutem Humilitatis acquirendam amare, sectari, vel saltem patienter ferre contemptum sui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47132)

nobis sumus mera privatio omnis boni.

## §. I.

Quantum conferat ad virtutem Humilitatis acquirendam amare, sectari, vel saltem patienter ferre contemptum sui.

3.  
Amor  
contem-  
ptus via  
ad humi-  
litate.

**I**Ta senserunt omnes in hujus virtutis palæstra exercitati, quorum omnium una eademque vox est, duas sorores esse Humiliationem, & Humilitatem; & hanc in aliquo loco sedem non figere; nisi soror præcesserit, & locum præpararit, aut saltem ubi comiter non fuerit admissa.

Vidit hoc Zacharias Monachus Abbatis Moysis discipulus, super quem Spiritum sanctum gratiarum suarum imbres copiosè effundere Magister ejus videbat: qui interrogatus de via compendiosa acquirendi humilitatem, & cum illa reliquarum virtutum chororum; cucullum suum humi abiciens, pedibusque proterens, dixit; Religiosum ad illarum virtutum consummationem nunquam perventurum, nisi eodem modo fuerit conculcatus, ac despectui habitus.

Alter è solitariis illis senibus in virtutum stadio viris palmaribus,

interroganti, qua via brevi ad perfectionis culmen evaderet; suavit ut Senem aliquem severum, austerumque quæreret, atque in ejus se traderet disciplinam, à quo quotidie duriter tractaretur, & sub quo reprehensiones & increpationes continuas biberet, ut mel & lac. Cujus sententiæ subscripserat ille alter, qui inter injurias, & contemptus exultabat; dicens: Hi sunt qui nobis proficiendi materiam suppeditant; illi enim qui nos laudant, nobis non parum impediunt, & damni adferunt.

Anub cum septem sociis iter institués hi, cum noctu ad sanum idolorum venissent, ibi quieverunt; ipse verò statuam lapideam manu & voce flagellans, & ab illa postmodum injuriæ veniam petens, interrogatus à sociis, quid sibi vellent ista; respondit statum similes esse oportere ad opprobria, contemptusque tolerandos, si simul habitare & pacificè, & fructuosè virtutibus comparandis studere proponerent. Fuit hic communis illorum sensus & apud omnes magni nominis, sanctimoniamque viros pro virtutum omnium fundamento est habitum, ut si abesset, cætera parum firma existimarent. Hinc cum aliquis ex fratribus magno illi Abati Sifoi diceret: Cum examine me ipsum, video Dei præsentiam me-

memoriae meae adhaerentem: Non est, inquit, magnum hoc, ut mens tua cum Deo sit, magnum est autem, si te ipsum infra omnem creaturam videas.

Sed & S. Thomas ille oculatus virtutum arbiter, dicere solitus est, hominem, qui contemptum ferre non possit, etiamsi miracula faciat, non esse pro sancto, aut magnae virtutis viro habendum.

4.  
Et certum  
sanctitatis  
argumen-  
tum.

Habebatur vir solitarius inter Eremicolas non vulgariter sanctus; Episcopus loci ut virtutem ejus exploraret, misit aliquem ad id prudentiam & rerum caelestium cognitione probe instructum; hic tumultuariè, & militari quodammodo ausu solitarij cellam ingressus, jubet ocreas sibi extrahat, qui despici & probro affici se arbitratus severo vultu interrogavit, an nosset quis esset. O non es sanctus, ut aliqui putant, ait tum ille explorator; quandoquidem oblatam humiliandi te occasionem non accipis. Aliter se gessit, similem humiliandi se occasionem nactus Constantinus presbyter, qui in contemptoris amplexus advolavit, cumque amanter est exosculatus; dicens, neminem haecenus veriora de se elocutum.

S. Gregor.  
dial.

5.  
Vvadingus.  
Humilis  
injurias  
pro gem-  
mis acci-  
pit.

Beatum Juniperum (quem tanti faciebat S. Franciscus, ut fratribus suis diceret: Utinam de hujusmodi Juniperis integram sil-

vam haberemus!) tacitus despicentiae, & vituperiorum amor accendebar, ut cum ab aliquo afficeretur opprobriis, fimbrias pauperis lacernae expanderet, diceretque: Amice projicias hic liberaliter, imple gremium lapidibus istis pretiosis, imple ne timeas. ita approbria & injurias appellabat.

Dum in Lusitania S. Xaverius navigationem Indicam praestulatus, & interim saluti animarum procurandae sedulo dat operam, & virtutum suarum odorem late diffundit; quod inde plausum, & approbationem potius quam injurias & contemptum referret, graviter angebatur, dicens si insectationibus & opprobriis diutius careret, videri sibi, nequaquam Deo fideliter militare: hac una spe se consolans, fore, ut quod in Lusitania frustra quareret, brevi in Indiis copiosissime reperiret.

Eadem est caeterorum qui sanctitate floruerunt sententia, adeo ut Abbas Paltor homini ad perfectionem tendenti humilitatem aequè necessariam esse diceret, ac respirationem.